1390. 4 3a Glis. Ex Cod. Dipl. Dogielii

333.

Wartislaus Dux Pomeranie recognoscit se prestitisse homagium et fidelitatis juramentum Vladislao Regi et Regno Polonie spondetque pro Boguslao fratre nec non pro Barnino tertio fratre suo si ad sacros Ordines promotus non fuerit, eos idem homagium prout debent et tenentur facturos. Datum in Lysdry feria quarta post Dominica ommium Sanctorum &

Originali.

Nos Wartislaus Dei gratia Dux Stetinensis Pomeranie Cassubie Slavonie Rugie que Princeps. Recognoscimus nos fecisse actenore presentium faimus homagiale et fidelitatis juramentum inclito Principi et Domino Domino Vladislao Regi et regno ac corone Polonie similiter frater noster Boguslaus facere tenetur, similime tertius frater noster Barnim si ad sacros ordines prepositus non fuerit facere debet et tenetur, pro quo nos Wartislaus predictus promittimus et frater noster Boguslaus veniens homagium facere debet et pro fratre Barnim promittere debet. Etiam promittimus eidem Domino Regi et regno Polonie omne assistentiam unanimia consilia auxilia et favores corpore et rebus impendere cum effectu contra et adversus Magistrum.

Pom. Dipl.

qui pro tempore fuerit et ordinem Cruci-
corum domus Theuthonicae de Prussia nec
unquam volumus aliquam concordiam
vel treugas pacis inire cum eidem Ma-
gistro et ordine praedictis contra vel prae-
ter scientiam et voluntatem domini Re-
gis et Regni Poloniae praedictorum. Item
promittimus quod juxta posse nostrum no
permittemus nec permittere volumus gen-
tes armorum cujuscunque nationis per
passus loca Castra Civitates et dominia
nostra pertransire in subsidium Cruci-
ferorum Magistri et Ordinis et in no-
cumentum et damptum domini Regis
et Regni Poloniae praedictorum nec eidem
Magistro et Ordini praedictis qui pro tem-
pore fuerint praestabimus nec praestare
volumus auxilia consilia et favores con-
tra praedictum dominum Regem et Re-
gnum Poloniae praedictum. Etiamsi con-
tigerit de nostris subditis aliquem are-
stare vel captivare devenientibus in sub-
sidium praedictorum Magistri et Ordinis
et in dampnum Domini Regis et Regni
Poloniae praedictorum, istud non erit con-
tra Nos nec pro malo habere volumus
eidem etiamsi aliqui essent in Terra no-
stra vel in quacunque parte qui praedi-
cto Domino nostro Regi et Regno Polo-
niae vellent contrariari hoc contra Nos
esse debet. Promittimus insuper eidem.

Domino Regi et Regno Polonie predictis
quod postquam ipse Dominus predictus
Rex dederit nobis Castrum Bidgoszcza ali-
as Branburg cum Oppido et terra prout
in suis limitibus ab antiquo sunt distincta
extunc restituemus sibi et Regno Polonie
predicto aut ei ipse Dominus rex manda-
verit castrum Nakel cum omnibus suis
pertinentiis occasione et dilatione quibus
libet procul motis, hominesque et terrige-
nas Naklenses, quos pronunc habemus
loco pignorum in eorum juribus tenebimus
et fovebimus, sicut eos invenimus et pro-
ut tenti fuerunt tempore ab antiquo, nec
Capitaneum preficiemus in dicto Nakel
nisi terrigenam Regni Polonie memorati.
Per has autem literas nostras aliis nostris
literis dicto Domino nostro regi et regno
Polonie per nos presens datis nolumus in-
aliquo derogare, et hec omnia et singula
suprascripta bona fide sine dolo et fraude
cum fratribus nostris predictis promitti-
mus effectualiter adimplere, ad quod pre
missa et quodlibet premissorum Nos he-
redes et Successores nostros presentibus
astringimus strictuis obligando. In quo-
rum omnium testimonium premissoru
et evidentiam plenioren presentem li-
teram sigilli nostri munimine et certa
nostra scientia jussimus roborari. Datu
et actum in Pyzdry feria quarta proxi-
ma.

proxima post Diem omnium Sanctorum
Anno Domini Millesimo trecentesimo No-
nagesimo. Presentibus nobilibus Vinis Do-
minis Sandzivogio Palatino Calissiensi, et
Capitaneo majoris Poloniæ generali. San-
dzivogio Gnesnensi Domeratho Posnani-
ensi Vincentio Naklensi Castellanis. Dro-
gosio Judice Cracoviensi, Ludolpho de Wa-
schow, Mathia de Raczyn Theodrico de
Bom Henningo de Wedel, Ekardo de
Wolde. Waczkone de Bork aliisque mul-
tis fide dignis testibus. ad premissa.